UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Regvla IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Visual Library

eius verò textum, nemo text. vulgatæ editionis eſſe exiſtimet.

REGVLA IV.

Cum cõperimento manifeſtum ſit, ſi Sacra Biblia vulgari lingua, paſſim ſine diſcrimine permittãtur, plus inde ob hominum temeritatem, detrimenti quam Vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris ſtetur, vt cum conſilio Parochi, vel Confeſſarij, Bibliorum à Catholicis auctoribus verſorum, lectionem in vulgari lingua eis concedere poſſint, quos intellexerint, ex huiuſmodi lectione nõ damnum, ſed fidei, atque pietatis augmentum capere poſſe; quam facultatem in ſcriptis habeant.

Qui autem, abſque facultate ea legere ſeu habere præſumpſerit, niſi prius Biblijs Ordinario redditis, peccatorum abſolutionem percipere non poſſit.

Bibliopolæ verò, qui prædictã facultatem non habent, Biblia idiomate vulgari conſcripta vendiderint, vel alio quouis modo conceſſerint. librorum pretium, in vſus pios ab Epiſcopo conuertendum, amittant: alijſque pœnis pro delicti qualitate, eiuſdem Epiſcopi arbitrio ſubiaceant.

Regulares verò, non niſi facultate à Prælatis ſuis habita, ea legere, aut emere poſſint.

REGVLA V.

Libri illi qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut